Nor 145.

CURRENDA I.

A. D. 1857.

Nro 262. praes. ex A. 1856.

Supremae S. Romanae Universalis Inquisitionis ENCYCLICA ad omnes Eppos de Fer. IV. die 30. Jul. a. c. adversus Magnetissimi abusus pro notitia et directione communicatur.

„In Congregatione Generali S. R. et Universalis Inquisitionis habita in Conventu S. M. supra Minervam Emmi ac Rmmi DD. Cardinales in tota Republica Christiana adversus hæreticam pravitatem Generales Inquisitores, mature perpensis iis, quæ circa *Magnetismi* experimenta a viris fide dignis undequaque relata sunt, decreverunt, edi præsentes literas encyclicas ad omnes Episcopos ad magnetismi abusus compescendos.

Etenim compertum est, novum quoddam superstitionis genus invehi ex phænomenis magneticis, quibus haud scientiis physicis enucleandis, ut par esset, sed dicipiendis, ac seducendis hominibus student neoterici plures rati, posse occulta, remota, ac futura detegi magnetismi arte, vel præstigio, præsertim ope mulercularum, quæ unice a magnetizatoris nutu pendent.

Nonnulæ jam hac de re a S. Sede datæ sunt responsiones ad peculiares casus, quibus reprobantur tanquam illicita illa experimenta, quæ ad finem non naturalem, non honestum, non debitis mediis adhibitis assequendum, ordinantur; unde in similibus casibus decretum est Feria IV. 21. Aprilis 1841 *Usum magnetismi, prout exponitur, non licere.* Similiter quosdam libros ejusmodi errores pervicaciter disseminantes prohibendos, censuit S. Congregatio. Verum quia præter particulares casus de usu magnetismi generatiam agendum erat, hinc per modum regulæ sic statutum fuit Feria IV. 28. Julii = *Remoto omni errore, sortilegio, explicita, aut implicita dæmonis invocatione, usus magnetismi, nempe merus actus adhibendi media physica aliunde licita, non est moraliter vetitus, dummodo non tendat ad finem illicitum, aut quomodolibet pravum. Applicatio autem principiorum, et mediorum pure physicorum ad res, et effectus vere supernaturales, ut physice explicentur, non est nisi deceptio omnino illicita, et hæreticalis.* =

Quamquam generali hoc decreto satis explicetur licitudo, aut illicitudo in usu, aut abusu magnetismi, tamen adeo crevit hominum malitia, ut neglecto licito studio scientiæ, potius curiosa sectantes magna cum animarum jactura, ipsiusque civilis societatis detrimento ariolandi, divinandive principium quoddam se nactos glorientur. Hinc *somnambulismi* et *clare intuitionis*, uti vocant, præstigiis mulierculæ illæ gesticulationibus non semper verecundis abreptæ, se invisibilia quæque conspicere, effutiunt, ac de ipsa religione sermones instituere,

animas mortuorum evocare, responsa accipere, ignota ac longinqua detegere, aliaque id genus superstitiosa exercere ausu temerario præsumunt, magnum quæstum sibi, ac dominis suis divinando certo consecuturæ. In hisce omnibus quacumque demum utantur arte, vel illusione, cum ordinentur media physica ad effectus non naturales, reperitur deceptio omnino illicita, et hæreticalis, et scandalum contra honestatem morum.

Igitur ad tantum nefas, et religioni, et civili societati infestissimum efficaciter cohibendum, excitari quam maxime debet pastoralis sollicitudo, vigilantia, ac zelus Episcoporum omnium. Quapropter quantum divina adjutrice gratia poterunt locorum Ordinarii, qua paternæ charitatis monitis, qua severis objurgationibus, qua demum juris remediis adhibitis, prout attentis locorum, personarum, temporumque adjunctis, expedire in Domino judicaverint, omnem impendant operam ad hujusmodi magnetismi abusus reprimendos, et avellendos, ut dominicus grex defendatur ab inimico homine, depositum fidei sartum tectumque custodiatur, et fideles sibi crediti a morum corruptione præserventur.

Datum Romæ in Cancelleria S. Officii apud Vaticanum die 4. Augusti 1856."

N. 3333|56.

Collectio pro 15. Communitatibus Dist. Feldsberg.

Grando 12. Aug. 1856. Communitates 15. Districtus Feldsberg in Austria infer. fruges ac vineas earum devastando, et damnum circiter 498,702 fl. C. M. inferendo, ad incitas redegit. Altum Ministerium pro internis pro his infelicibus collectionem in toto ferme Imperio indulsit; nec non ad Exc. C. R. Provinciale Regimen Cracov. dto 11. Nov. a. c. N. 27,196 gressus eo in obtutu direxit, quatenus Vener. quoq Clerus collectiones institueret. Ea ex causa Exc. C. R. Prov. Regimen Rescripto de 19. Dec. 1856. N. 34,235 negotium misericordiae hocce Vener. Clero summopere commendat, provocatq. ut quotæ Sibi quantocyus immittantur.

Vener. Clerus offiicio suo nequaquam deerit, atq. post 1. mensem collectos nummos aut relationes negativas Perill. Offa Decan. ad Cancellariam Nostram promovere satagent.

N. 35.

Copulatio militum patent. invalidorum sine consensu Praefecturae general. denuo vetatur serio — poenaeq. proclamantur.

Inc. C. R. Praefectura general. Galicien. Provinc. (General Commando) dto 22. Nov. a. e. N. 20,847 Exc. C. R. Provinc. Regimini Cracov. apperuit, quemdam Parochum hujus Administrationis territorii Invalidum patentalem sine consensu militari ad Copulationem non admisisse solum, verum documentum quoq. ejus corrupisse (przekreślił) adjecisseq. clausulam, ipsum provisioni militari valedixisse . . adeoq. duplicem actum illegalem perpetrasse; præterea asserit, ejusmodi casus sæpe utiq. cum respectivorum detrimento accidere. Eadem Generalis Praefectura ultro Sibi reservat jus, concedendi ejusmodi invalidis ad contrahendum matrimonium

facultatem; nec non tales tantum dimittendi e nexu militari, qui supplices documentaliter convictionem præstiterint de substantia aut mercede, quae sufficientem eorum sustentationem assecurarent.

In horum sequelam Exc. C. R. Provinc. Regimen Cracov. a. Rescripto de 28. Dec. a. e. N. 36, 365 requirit, quatenus Vener. Clerum ad tenorem §§. 10 *) et 35. Append. I. ad C. R. Patent. de Matrim. de 8. Oct. a. e. quod in manibus cujuslibet Communitatis impressum habetur, attentum reddamus, edoceamus, simulq. obstringamus, ne copulatio Invalidorum reservationalium et patentalium (Reservations- und Patental-Invaliden) prius ac sub nulla alia conditione suscipiatur, quam nisi in eorum documento clausula contineatur, quod ipsis ex parte C. R. Provinc. Præfecturæ militar. licentia ad ineundum matrimonium impertita est. (daß ihnen von Seite des Landes-General-Commando die Bewilligung zur Verehelichung ertheilt worden ist.)

His perceptis vituperationem, quia convictione, num ejusmodi legis transgressio hac in Diœcesi obtinuerit, hucusq. destituimur, nedum exprimimus: attamen sub provocatione ad inculcationem Nostram eodem in negotio cum Nro 358 in Cur. III. a. e Venerabiles Fratres in Xto obtestamur, quatenus singuli Sancita in hujuscemodi negotiis ad amussim observare nitantur. Insuper quo majus obtestationi Nostræ calcar addatur, verbotenus imprimendum hic ad mentem citatæ Provocationis Exc. C. R. Provinc. Regiminis demandamus §. 35. Ap. I. ad Pat. de 8. Oct. a. e. nec non §§. 780. 781. Codic. crim. milit. qui in §. 35. citantur. §. 35. in abbreviatione talis est tenoris: „Przestąpienie zakazów małżeńskich . . karconem być ma tak na głównym winowajcy, jako też na wszystkich, którzy się ku temu sposobem zawinionym przykładali, takiemi samemi karami, któremi zagrażają ustawy karne (§. 507. powszech. księgi Ustaw t. j. areszt od 3. do 6. miesięcy, albo i dłuższy; tudzież §. 780. i §. 781 ustawy kar. wojsk.) zawarcie małżeństwa występnego, o ile nie popełniono uczynku cięższej karze ulegającego.!“

§. 780. militibus absq. consensu copulatis poenam jam dimissionis, jam degradationis, jam diræ custodiæ usq. ad 3 menses dictat, sonatq. ut sequitur. „Militärpersonen, welche nach der Vorschrift über die Heirathen in der Armee zu ihrer Verehelichung die Erlaubniß des zur Ertheilung derselben ermächtigten Obern einzuhohlen verpflichtet sind, und ohne diese Erlaubniß im In- oder Auslande eine eheliche Verbindungen eingehen, werden dadurch eines Vergehens schuldig und sollen, so ferne sie zum Dienste nich obligat sind, mit der Entlassung, die obligate Mannschaft dagegen mit strengem Arreste von Einem bis zu drei Monaten, und Unteroffiziere zugleich mit Degradirung bestraft werden.

Rursus §. 781. minatur poenam arctæ custodiæ a 3 — 6 mens. qui sine dispensatione, aut penes exteros matrimonium nectunt; seductoribus adhuc majorem, his verbis: „Wer sich

*) §. 10. sonat. „Które do wojska należące, lub władzom wojskowym jakim sposobem podlegające osoby, bez przepisanego pozwolenia małżeństwa zawieraé nie mogą, o tem stanowią ustawy wojskowe.“

mit Verschweigung eines anderen ihm bekannten gesetzlichen Ehehindernisses trauen läßt, ohne vorher die ordentliche Dispensation erhalten zu haben; oder wer sich in ein fremdes Land begibt, um daselbst eine Ehe zu schließen, die nach den Landesgesetzen nicht statt finden konnte, ist mit strengem Arreste von drei, bis zu sechs Monaten; der Verführende aber stets strenger zu bestrafen. Der Arrest soll noch verschärft u. wider Offiziere oder Beamte auch auf Entlassung erkannt werden, wenn einem Theile das Hinderniß verheimlicht, u. in solcher Gestallt schuldlos zu einer nichtigen Ehe verleitet worden."

Idem codex poenal. §. 782. eandem poenam in parentes statuit, qui ad matrimonium illegale invalidumq. cogerent liberos, verbis talibus: „Eben diese Strafe ist gegen Eltern zu verhängen, die durch Mißbrauch der elterlichen Gewalt ihre Kinder zu einer Ehe zwingen sollten, welche nach den Gesetzen nichtig ist."

Perpendant quaesumus, Dilectissimi! quot quantisq. pœnis Curati se aliosq. exponerent, qui ad illegalia Militarium matrimonia manus aut consilia praeberent; nec non quantopere deterrendi sint, qui talem patefacerent ausum sollicitarentq. ad cooperationem!

Penes hanc occasionem adducuntur quoq. pœnæ, quæ in civiles emensurantur; nec non enumerantur privationes transgressorum quoad effectus in matrimonialibus civiles.

A. Poenae variae in civiles.

1. §. 35. supra loco 1o adductus praeprimis dirigitur contra civiles praevaricatores in matrimonialibus, quae praescribuntur in nova lege, seclusis in §. 11. Ap. I. memoratis Officialibus et Militaribus, qui juxta proprias Directivas tractantur, et continet hujuscemodi appendicem: „Jeżeli przestępstwo to popełnionem zostało za granicą, tedy czas do przedawnienia przestępstwa i kary potrzebny poddanemu, winę w tem ponoszącemu, bieżeć poczyna dopiero z dniem powrotu jego do Państw Austryackich." Paragraphus vero 507. cod. poen. civ. in illo citatus, ferme ejusdem est tenoris, quam pro militaribus, emensuratq. pœnam arctae custodiae a 3 — 6 menses, qui ita sonat: »Wer sich mit Verschweigung eines ihm bekannten Ehehindernisses trauen läßt, ohne vorher die ordentliche Dispensation erhalten zu haben; oder wer sich in ein fremdes Land begibt, um daselbst eine Ehe zu schließen, die nach den Landesgesetzen nicht stattfinden konnte, ist einer Übertrettung schuldig, und mit strengem Arreste von 3 bis zu 6 Monaten; der Verführende aber noch strenger zu bestrafen. Der Arrest soll noch verschärft werden, wenn einem Theile das Hinderniß verheimlicht, und er solchergestalt schuldlos zu einer nichtigen Ehe verleitet worden.«

Pœna durae incarcerationis (strengen Arrestes) a 3 — 6 m. irrogatur nonnisi in ejusmodi casibus, ubi impedimentum dispensabile obtinet; si vero indispensabile e. g. in impedimento ligaminis, consanguinitatis in linea ascendente ac descendente, et affinitatis proximioris (zwischen Geschwistern) aut tale, quod ratione actus ad contrahendum matrimonium jam severiori pœnae subjacet, e. g. raptus; lex duriorem illam mulctam irrogandam demandat. His conformiter:

2. Bigami, sive ambae matrimonio junctae, sive una pars tantum, condemnantur ad carcerem ab 1 — 5 annos; et si una pars alteri matrimonium celaverit, ad durum carcerem §. 206. 207. 208. Cod. pœn, civ.

3. Copulatos in linea ascendente ac descendente impedimenti conscios, si concubitus subsecutus est, maneret pœna §. 131. cod. pœn. pro incestuosis i. e. carceris a 6. men. usq. ad 1. an. »Blutschande, welche zwischen Verwandten in auf- und absteigender Linie, ihre Verwandtschaft mag von ehelicher oder unehelicher Geburt herrühren, begangen wird. Die Strafe ist Kerker von 6. Monaten bis zu einem Jahr.«

4. Rursus juncti matrimonio in linea collaterali e. g. fratres, sorores, liberi eorum, consobrini (voll- und halbbürtige Geschwister, die Ehegenossen der Eltern, der Kinder oder Geschwister) sine dispensatione ob flagitium incestus perferendam haberent pœnam custodiae (Arrest) ab 1 — 3. m. etiam pro circumstantiis cum jejunio, arctiori occlusione, verberatione, juxta §. 501. Cod. pœn.

5, Raptor damnaretur ad pœnam duri carceris, pro ratione circumstantiarum jam a 6 mens. — 1 annum; jam a 5 — 10 an. secundum §. 97. Cod. pœn.

6. Copulati infra 14. an. luerent pœnam duri carceris a 5 — 19 an. vigore §. 126. dto. &c. &c.

Vix heic commemorandum, quantam resposabilitatem, ac mulctam in se quoq. contraheret Presbyter, qui ad ejusmodi connubia cooperaretur.

B. Privationes quoad effectus matrimonii civiles.

1. *Impuberes* ante 14 an. finitum copulati juxta §. 33. Ap. I. Pat. privantur beneficio cohabitationis; Nieletni, który zawarł małżeństwo, ma być odosobniony od drugiej strony aż do chwili osiągnienia doletności.“

2. *Minorennes* sine consensu praescripto fœderati, privari possunt dote, haereditateve Desuper §. 32. Ap. I. Pat. ita obloquitur: Jeżeli małoletni zawarł małżeństwo bez pozyskania wymaganego zezwolenia ojca, lub też Sądu (§§. 5. 8.) wówczas oboje rodzice uwolnieni zostają od obowiązku dania posagu lub wyprawy, a ojciec prawo ma do wydziedziczenia onegóż.“

„Prawo wydziedziczenia, wszelako tylko do połowy części obowiązkowej (legitymy) przysłuża także matce, tudzież dziadowi i babce, pod których opieką znajdował się małoletni wtenczas, kiedy bez sądowego pozwolenia zawarł małżeństwo, na co oni zezwolenia swego nie dali.“

„Później dane zezwolenie znosi nie tylko prawo wydziedziczenia, lecz też i nastąpione już wydziedziczenie wtenczas, gdy oświadczonem zostało *na piśmie*, lub z zachowaniem formalności przepisanej do ważności rozporządzeń o ostatniej woli (§§. 719. i 772) powszechnej księgi ustaw cywilnych.)“

„Same tylko pogodzenie nie może być uważanem za przyzwolenie do małżeństwa, lub za odwołanie wydziedziczenia.“

3. *Juncti cum impedimento adulterii* judicialiter probati non ipsimet solum, sed proles quoq. variis privilegiis orbantur, juxta §. 34. Ap. I. qui talis est tenoris: „Gdy związek małżeński zawarty z przestąpieniem przepisu, w §. 13. wyszczególnionego *) wedle ustawy kość. uważanym być musiał za ważne małżeństwo, wówczas układy przedślubne (intercyzy) nie są ważne, tudzież małżonkowie nie będą mogli przyprowadzić do skutku praw dziedziczenia, ustanowionych §§. 757. 759. **) powszechnej księgi ustaw cywil. małżonka i dzieci nie mają prawa roszczenia sobie ślachectwa lub innych przywilejów stanu męża (ojca) dzieci w takiem małżeństwie spłodzone, lub przez takowe ulegitymowane, wykluczonemi zostają od dostąpienia majątku tego, który osobno zastrzeżonym został w rozporządzeniach familijnych dla potomstwa ślubnego; oraz nie będą miały prawa do beztestamentowej sukcessyi w majątku po krewnych rodziców ich, którym atoli krewnym nie przysłuża także prawo do zastrzeżonego w ustawach odziedziczenia majątku po dzieciach takowych.“

4. *Vidua ante partum vel sextum suæ viduitatis mensem* sine licentia copulata amittit jus variorum, quæ alias e legali matrimonio in eam redundarent; nec non maritus ipse juxta §. 77. Ap. I. Pat. „Przestąpienie przepisu tego (aby przed połogiem, lub przed upływem 6. miesiąca &c. nie zawierać nowego małżeństwa) pociąga za sobą, iż żona utraca prawo swe do korzyści, przez męża poprzedniego jej przyznanych w intercyzach małżeńskich, w kontrakcie dziedziczenia, lub w rozporządzeniu ostatniej woli; oraz obie strony pociąganemi być mają do kary okolicznościom odpowiedniej; mąż zaś utraca prawo, zastrzeżone mu w przypadku §. 73.“ ***)

„Jeżeli w takim małżeństwie dziecię urodzonem będzie, a zachodzi przynajmniej wąt-

---

*) §. 13. „Dwie osoby, których popełnione ze sobą cudzołostwo sądownie dowiedzionem zostało, nie mogą ze sobą zawierać małżeństwa“ bez uprzedniej dyspensy.

**) In §. 757. cod. civ. assecuratur superstiti testatoris conjugi æqualis pars hæreditatis, si 3. aut plures proles relictæ sint, cum qualibet prole; si pauciores, quam 3. tunc quarta pars ad vitæ curriculum; substantia vero (majątek) adjudicatur liberis. Et §. 759 dto asserit totam testatoris substantiam conjugi superviventi, si nulli legales reperiantur hæredes. Legales vero hæredes juxta §§. 732. — 749 Cod. civ. a) Testatoris descendentes legitimi; parentes ac eorum descendentes; avi nec non eorum posteri; proavi et eorum descendentes; proproavi ac eorum posteri; tertii proavi et ipsorum posteri; b) Liberi legitimati §§. 752. 753. c) Liberi illegitimi. §. 754. d) Adoptivi §. 755. e) Liberorum legitimatorum parentes . . . . reputantur.

***) §. 73. „Wyjąwszy przypadek §. 121. pows. ks. ust. cyw.“ (rectius §. 120) t. j. jeśli przed upływem 6. miesięcy po rozwiązaniu małżeństwa przez sąd lub przez śmierć, „bez dyspensy zawarły się nowe śluby małż. a jeżeli mąż znajdzie żonę swą już ciężarną z innym mężczyzną, i zaraz po odkryciu okoliczności tej zaniecha małżeńskiego z nią obcowania; tudzież w ciągu jednego miesiąca wytacza skargę o rozdział co do osób, wówczas gdyby rozdział nie był orzeczonym, na żądanie jego, do zwyczajnego sądu wniesionem być mające, stosunki prawne wyłącznie cywilne, przez zaślubienie jego uzasadnione, tak mają być uporządkowane, jak gdyby nastąpił był zawiniony przez małżonkę rozdział co do stołu i łoża. Postanowienie to równie znajdzie zastósowanie na korzyść bezwinnego małżonka w przypadku przewidzianym w §. 12. czyli gdyby małżeństwo przyszło do skutku po ogłoszeniu wyroku na śmierć lub ciężkie więzienie.“

pliwość co do tego, czy nie było spłodzonem przez poprzedniego męża, natedy dodanym mu bydź ma kurator do obrony praw jego."

Ad hæc Civitatis statuta, nil aliud adjiciendum esse censemus, quam ut Dilectissimi cuncti, qui ad bonum utriusq. Reipublicæ augendum constituti et ad coronam justitiæ pro instructione ac labore alio in aliorum salutem susceptis, vocati sunt, illa diligenter eum in finem legant, quatenus memoriæ fortiter impressa lucem praebeant in nectendis, vel dissuadendis matrimonii vinculis.

De Sponsalibus,

ex Instructione pro Judiciis Ecc. de A. 1855. etc.

„Sponsalia[1]) sunt conventio, qua mas et fœmina sibi matrimonium inter se ineundi fidem dant" (einander zu ehelichen versprechen; dają sobie przyrzeczenie poślubienia się) §. 2.

Conditiones validitatis eorum.

„Sponsalia valide iniri nequeunt, nisi per *voluntatis declarationem*[2]) *libere*[3]) ac *debita cum deliberatione*[4]) ab iis, qui matrimonium inter se valide ac licite contrahere possunt. Impuberum nomine inita impuberes ad matrimonium contrahendum haud obligant, nisi postquam ad pubertatem" (juvenis ad 14. puella ad 12. aetatis annum) „pervenerint, rata eadem habuerint." §. 3.

Mutuo consensu solvi possunt.

„Sponsalia, licet jurejurando firmata sint, mutuo tamen consensu dissolvi possunt." §. 4.

Quatenus absque mutuo consensu solvi possunt.

a) „Sub paterna potestate constitutorum sponsalia solvenda sunt, quoties parentes juste contradicant." §. 5. „*Omissa controversia, utrum sponsalia sine parentum consensu vim habeant, eo pacto quo matrimonium de praesenti contrariis etiam ipsis parentibus firmum habetur, certissimum tamen est, ipsa illicite fieri, culpam admitti, cognitaque parentum dissensione solvi posse, licet jusjurandum intercesserit. Bened. XIV. inst. 46. Secus vero si pater juste contradicat, nempe si matrimonium vergeret in dedecus familiæ, tunc enim sponsalia illa non obligant, cum nemo possit obligari ad exsequendam rem injustam." S. Alphons. Liguor. theol. mor. VI. n. 877.*

b) „Quando una pars fidem sponso debitam" (per illicitam conversationem vel matrimonium cum alia persona contractum) „violaverit, altera promissis stare non amplius tenetur. Quodsi post sponsalia inita talis intercedat mutatio, ut merito supponatur, hoc obtinente

---

[1]) Sponsalia a *spondendo*, inde *sponsus*, *sponsa*; *zaręczony, narzeczony.* [2]) *verbo*-aut *scriptotenus*: e. g. *Ego te accipiam in meam uxorem*, *ego te accipiam in meum maritum*; aut per alios (posłańca lub pełnomocnika) coram vel sine parocho; coram vel sine testibus; aut signis per surdos, mutos expressam. Consensus tacitus ex una parte non sufficit. [3]) *Libere*, non ergo cum errore in persona aut qualitatis . . . non in vi et metu gravi, injuste incusso, raptu &c. [4]) *Debita deliberatio*; non in amentia, furiositate, ebrietate perfecta, aut vehementi passione irae, vindictae.

rerum statu haud eventurum fuisse, ut ad sponsalitia pacta procederetur, horum obligatio pro ea cessat parte, in qua ejusmodi mutatio haud contigit[1]) Casu, quo talia rerum adjuncta jam sponsalium initorum tempore locum habuere,[2]) parti, cui ignota tunc fuerunt, jus competit a sponsalibus resiliendi.“ §. 6.

c) „Sponsi obligatione, quam sibi imposuerunt, non impediuntur, quin religionem ingrediantur; aut Deo in statu clericali militent. Professione religiosa aut ordinis sacri susceptione sponsalia dissolvuntur.“ §. 7.

d) „Matrimonio, quod una pars cum tertia quadam persona contrahit, sponsalia quidem dissolvuntur; salvum tamen permanet jus, quod alteri parti quoad damnum resarciendum pro re nata competit.“ §. 8. attamen foedifragus praeterea censurae in Confessionali subjiciendus, juxta Responsum in Decretal. IV. tit. 22. conf. ibid. 1, 31. contentum: ***Respondemus, quod si tibi constiterit, quod L. P. per verba de futuro[3]) E. vero desponsaverit per verba de praesenti[4]) imposita ei poenitentia competenti, quia primam fidem irritam fecit, matrimonium secundo loco contractum legitimum judices.***

Obligatio ad damnum resarciendum.

a) „A sponsalibus absque legitima causa resiliens; nec non, qui legitimam resiliendi causam vel celaverit, vel sua culpa adduxerit, tenetur ad resarciendum alteri pro personarum et rerum adjunctis damnum, quod resiliendo ipsi infertur. §. 9.

b) „Obligatio standi promissis per contractum sponsalitium datis tunc quoque cessat, quando omnibus perpensis circumstantiis supponendum merito sit, matrimonium a sponsis contrahendum infaustum fore. Quodsi autem circumstantiae, quibus suppositio ista innititur, culpa unius partis exortae sint, haec, alteri damnum, quod ipsi frustratis justis ejus expectationibus illatum est, pro viribus resarcire tenetur.“ §. 10.

Reclamatio ex titulo sponsalium.

„Si provocando ad sponsalia reclamatio instituatur, parochus casu, quo sponsalia invalida sint, partes ea de re edoceat; si autem valida censeat, litem amice componere conetur. Reclamatione immediate ad tribunal matrimoniale directa, nisi forsan invaliditas in propatulo sit, parocho ante omnia injugendum est, ut commonitiones et consilia paterne adhibeat.“ §. 107.

„Præsumtio (Vermuthung, domniemywanie) stat pro libertate quoad conjugis electionem; unde contra sponsalia pronuntiandum est, quoties de eorumdem validitate plene non constat.“ §. 108.

---

[1]) Talis mutatio adesset, si una pars morbo syphilitico inficeretur, aut notabiliter mutilaretur e. g. amissione oculi aut nasi; si in amentiam aut apostasiam incideret; aut pravæ passioni e. g. lusus, potationis, manciparetur; substantia ad alendam familiam privaretur; militiae se adscriberet; aut contradicente parte altera iter longinquum susciperet diuq. commoraretur. &c.

[2]) Si postea detegeretur physicus aut moralis defectus, e. g. infectio, vehemens temperamentum. &c. qui tempore sponsionis jam obtinebat.

[3]) [4]) Verba *de futuro* e. g. *accipiam te...* significant sponsalia; et de *praesenti* e. g. *accipio te...* sponsionem matrimonialem, sive matrimonium contractum.

„In eos, qui promissionem sponsalibus datam implere recusant, admonitione potius, quam coactione agendum est.*) Omnis pactio de poena conventionali,**) si a *sponsalibus* resiliretur, persolvenda non tantum illicita, sed etiam invalida est.“ §. 109. Idem statuit §. 45. cod. civil.

„Si judicium matrimoniale sponsalia irrita esse censeat, necesaria disponat, ut matrimonii celebratio ulterius haud retardetur.“ §. 110.

„Declarata sponsalium validitate judicium matrimoniale per commissarium tentabit, partes ad amicam commovere compositionem. Damni compensationem quod attinet, id agatur, ut conventionem aequis sub conditionibus stipulentur. Super petione unius saltem partis pecunia quoque compensationis loco solvenda statui potest. Quando actori non sufficiat, liberum quidem ipsi est de damni compensatione judicium saeculare interpellare, ***) verum reclamationis ab eo matrimonio oppositae ratio non amplius habeatur.“ §. 111. (jego reklamacyi przeciw ślubowi nie uwzględnić)

„Quando conventio de resiliendo a sponsalibus vel aequam compensationem praestando obtineri non posset, nuptiarum, adversus quas reclamatio instituta est, celebrationem admittere pro minori deberet reputari malo.“ §. 112.

Quae Sponsalia constituunt impedimentum dirimens, et quale?

„Sponsalia valide et pure“ (sine conditione) „inita obstant, ne sponsorum alter cum alterius consanguineis in *primo gradu* matrimonium contrahat“ i. e. sponsus cum matre, filia ac sorore sponsae; haec vero cum patre, filio et fratre sponsi.

„Idem operantur sponsalia sub honesta conditione contracta, postquam eadem purificata“ (impleta i. e. conditio) „fuerit.“ §. 35. Instr. e. g. Si sponsio futuri matrimonii fieret mutua sub hac conditione, si sponsus miles a militia liberatus fuerit, aut parentes dotem certam appromiserint; hujus sponsionis validitas ac *impedimentum justitiae honestatis publicae* manet in *suspenso*, donec conditio, seu in casu supposito *eliberatio*, aut *dotis appromissio* subsecuta fuerit.

Juxta haec dicta, sponsalia sub *inhonesta* conditione e. g. conversationis illicitae inter se, ante matrimonium, pacta, *invalida* et illicita reputantur.

Pro coronide ad sponsalia adhuc quaedam adnectimus:

a) Sponsalia valida sive serventur, sive rumpantur, semper *impedimentum dirimens* pariunt.

b) Hocce impedimentum in Esia nostra e fine saluberrimo introductum esse reputatur, nimirum ut consanguinei proximiores a momento initi praeparationis foederis sesse revereri, intimioremq. nexum periculi proximum, devitare inchoent.

---

*) Juxta Decretal IV. t. 1. C. 17. »*Requisivit a nobis tua fraternitas, qua censura mulier compelli debeat, quae jurisjurandi religione neglecta nubere renuit, cui se nupturam interposito firmavit juramento? Ad quod breviter respondemus, quod cum libera debeant esse matrimonia, monenda est potius quam cogenda, cum coactiones difficiles soleant exitus frequenter habere*«

**) i. e. pactio de solvendo certo pecuniae quanto, vel praestanda re alia per partem, quae recesserat a sponsalibus.

***) Hocce juxta §. 2. Append. I. decidere obstringitur secundum §§. 45. et 46. Cod. civ. videlicet ad emensurandum et exequendum *verum damnum*, non autem quotam pecuniariam pactam, e solutione sponsalium validorum injusta parti innocuae illatum.

c) Quia sponsio ejusmodi tangit nexum sacramentalem, ad vitae tempus duraturum, a quo non sponsorum tantum, verum et reipublicae utriusq. salus, vel detrimentum dependet, non sine superiorum, amicorumve consilio, nec sine Dei auxiliantis invocatione; non sine matura deliberatione, sine indolum utriusq. cognitione ponderationeq. earum, nec non circumstantiarum &c. suscipienda.

d) Tempus quoq. inter sponsionem et copulationem ceu praeparatio ad statum tanti momenti consideranda, quod precibus, meditationibus, de officiis conjugum informationibus, addiscendis fidei ac morum disciplinis, conscientiae emundatione . . . insumatur.

e) Quia omnis promissio obligationem standi eidem involvit; laesio vero conscientiae reatum inducit, in Sacramento Poenitentiae delendum; quanto magis promissio *sponsalitia!* Psaltes 14. inter alios illum habitare nonnisi permittit in tabernaculo Dei: *Qui jurat proximo suo et non decipit.* Et si e rescissione eorum exoriantur jurgia, exacerbationes, damna, quanta pro violatore mulcta! quanta resarcienda!

Vener. animarum Rectores ejusmodi rerum adjunta obviis in casibus nunquam non prae oculis habebunt, atq. in Tribunali Poenitentiae aequa justaq. lance ponderabunt, nec non condigna expiationis opera assignabunt.

Dispensatio in matrimonii impedimentis.

Quomodo cessant impedimenta.

„Ea matrimonii impedimenta, quæ juris canonicis sanctionibus innituntur, *dispensatione legitima* obtenta et conditionibus, quae forsan adjunctae sint, adimpletis, pro singulis cessant casibus.“ §. 78. aut mutatione facti.. e. g. *impedimentum impubertatis* post consecutam ante copulationem pubertatem; aut *vis et metus*, aut *raptus*, post sublationem ac recuperatam libertatem &c.

A quo dispensatio petenda.

A potestate, quae impedimenta ob finem moralem statuerat, videlicet ab *Esiastica* et *Civili.*

A. A potestate Esiastica.

1. *A Sede Romana.* „In impedimentis d i r i m e n t i b u s proprio jure dispensare solius Apostolicae S e d i s est, cui reservatum quoque, in *voto castitatis simplici*, sed perpetuo, nec non in d i s p a r i t a t e c u l t u s inter Catholicos et Christianos non catholicos dispensationem indulgere. §. 79.

2. *Ab Eppis.* „Episcopi, cum c a n o n i c a e non deficiant r a t i o n e s *) faciles erunt in utendo facultatibus a Sancta Sede concessis, sequentia quoad impedimenta. 1. In tertio et quarto gradu consanguinitatis et affinitatis ex copula licita. 2. In cognatione spirituali. 3. In affinitate ex copula illicita, nisi timendum sit, ne ex immundis commerciis nu-

*) C a n o n i c a e r a t i o n e s 14. sunt: Minus competens dos, angustia loci, inimicitiæ componendae, compositio litium, diffamatio oratricis . . aetas superadulta . . conservatio divitiarum . . excellentia meritorum.. conservatio illustris familiæ . . . . proles habita e consanguinea, nb. si impraegnatio non eo fine perpetrata, quo facilius dispensatio impetraretur . . periculum perversionis .. matrimonium bona fide contractum . . oratrix filiis gravata . . . . certae rationes. Conf. §. 283. Zenner Jnst. pract. Confes.

pturientes consanguinitate in linea recta juncti sint. 4. In tertio et quarto gradu justitiae publicae honestatis ex matrimonio rato non consummato. 5. In justitia publicae honestatis proveniente ex matrimonio invalide contracto et non consummato, aut ex sponsalibus.“ §. 80.

NB. *Principium quoad ceterorum dispensationem tenendum.* „Cetera quod attinet impedimenta dirimentia, unanimi conatu agendum est, ut efficax eorum vigor aut asseratur aut restituatur. Ubi matrimonia inter consanguineos proximiores inita frequentiora occurrunt, corrumpunt intima familiarum commercia, utpote cupidinem pravam ejusque suspicionem excitantia.“ §. 81.

Dispensatio in banno nuptiali.

1. *A tribus vel paucioribus quando et a quo.* „Dispensatio ab omnibus tribus proclamationibus non nisi urgentissimis in casibus;[1]) a secunda vero et tertia proclamatione non nisi ex causis consideratu dignis et sufficienter probatis[2]) concedenda est“ §. 82. ab Ordinario loci et juxta §§. 38. 39. 40. Ap. I. Pat. ab Instantia civili respectiva.

2. *Quomodo instante mortis periculo.* „Quum contingere possit, ut instans mortis periculum dilationem longiorem inpossibilem reddat, Episcopi in quovis districtu pro ratione locorum unum pluresve sacerdotes delegabunt, qui tali eveniente casu ipsorum nomine ab omnibus tribus proclamationibus dispensent.“ §. 83.

3. *Pro conjugibus putativis quomodo.* „Si duae personae, quae conjugio se junctas falso asserunt et in loco domicilii passim pro conjugibus habentur, matrimonium inter se contrahere optant, dispensatio ab omnibus tribus proclamationibus ipsis absque gravissima causa deneganda non est. Sedulo tamen examinetur, an ipsas peraeque pro conjugibus haberi veritate unde quaque nitatur. §. 84.

Cautela. „Nupturientes, quibus proclamationes penitus indulgentur, nunquam non teneantur, coram parocho, cui copulationem peragere competit, jurejurando firmare, quod ipsis nullum impedimentum conjunctioni suae obstans notum sit.“ §. 85.

Pro commoditate Ven. Cleri heic adnectitur, formula juramenti libertatis sic dictae canonicae, aliaq. proficua adjiciuntur:

Sponsi, qui dispensationem a proclamatiouibus ante Copulationem alias faciendis fuerint adepti, juramentum *libertatis canonicae* deponere debent sequentibus verbis, et quidem coram Parocho, et juxta §. 39. Apend. I. Pat. etiam coram Officiali politico, in quantum fieri potest; dein coram duobus testibus, primo sponsus, deinde sponsa:

Ich N. N. schwöre zu Gott in Wahrheit und ohne Arglist, daß ich frei und mit Niemanden ehelich versprochen bin, als mit meiner hier gegenwärtigen Braut N. N.

[1]) *Urgentissimi casus esse* censentur: 1. Instans mortis periculum. 2. Matrimonium putativ. 3. Necessitas convalidationis matrimonii ob occultum impedimentum invalidi. 4. Necessitas copulationis sacrato tempore.

[2]) *Causae consideratu dignae et sufficienter probatae.* e. g. 1. Timor malignarum machinationum. 2. Pudor ob disparitatem aetatis, conditionis, substantiae, aut ob grandem senectutem. 3, Infirmitas periculosa, aut graviditas sponsae proximae partus. 4. Ingens lapsus periculum ob nimiam vicinitatem. 5. Angustia temporis ob imminens tempus sacratum, si matrimonium ob varia pericula retardare non conduceret. 6. Inopinatus et haud ob plura incommoda retardandus discessus . . . et aliae.

(meinem hier gegenwärtigen Bräutigam N. N.) und mir auch kein anderes weder ein kirchliches noch anderweitiges Ehehinderniß bekannt ist, wegen dessen unsere Verehelichung unerlaubt und ungültig wäre. Dieß beschwöre ich, so wahr mir Gott helfe und sein heiliges Evangelium!

Aut polonice, sponsus: **Ja N. N. przysięgam P. Bogu Wszechmogącemu w Trójcy Ś. Jedynemu, Wszechwiedzącemu, oraz Najświętszemu i Najsprawiedliwszemu Sędziemu całego świata.. w prawdzie i bez podstępu, że jestem wolny i bezżenny, i z żadną inną nie zaręczony, jak tylko z obecną tu N. N. oblubienicą moją.. i że mi również żadna nie jest wiadoma kościelna, lub jakakolwiek inna przeszkoda małżeńska, dla którejby niniejszy nasz związek małżeński nie był dozwolonym i nieważnym. To zaprzysięgam, i tak mi dopomóż Panie Boże i święta Ewanielia!**

Sponsa rursus ita: **Ja N. N. przysięgam P. Bogu Wszechmogącemu w Trójcy Ś. Jedynemu, Wszechwiedzącemu, oraz Najświętszemu i Najsprawiedliwszemu Sędziemu całego świata.. w prawdzie i bez podstępu, że jestem wolna i nie zamężna i z żadnym innym nie zaręczona, jak tylko z obecnym tu N. N. Oblubieńcem moim, i że mi również żadna nie jest wiadoma kościelna, lub jakakolwiek inna przeszkoda małżeńska, dla którejby niniejszy nasz związek małżeński nie był dozwolonym i nieważnym. To zaprzysięgam, i tak mi dopomoże Panie Boże i święta Ewanielia!**

Monitum: Ad excipiendum hocce juramentum Sacerdos, si fieri potest, superpelliceo et stola sit indutus; nec non liber Evangeliorum, aut in ejus defectu Rituale, quod pro benedictione vini in festo S. Joannis complectitur Initium Evangelii S. Joannis, crux super mensa ad hoc adaptata collocetur, cereiq. 2. accendantur, tempus adhibeatur antemeridianum, nisi urgeret necessitas; sponsus dum jurat, tres digitos manus dexterae priores elevet; sponsa vero manum supra pectus sinistrum ponat; demum post juramentum Initium Evang. S. Joannis osculentur. Praeter ejusmodi solennitates, Sacerdos juraturos non ad juramenti solum argumentum, quod in formula supra adducta continetur, verum ad sanctitatem quoq. et atrocissimas pejerationis sequelas attentos reddat.. Sanctitas e fine tam sancto, e provocatione ad Deum Judicem ac Vindicem malorum, qua testem; item e symbolis tunc adhibitis elucet. *Effigies* Crucifixi qui est *via*, *veritas et vita*, *lumen mundi*.. infucatam veritatem a suis e cruce, in qua pro veritate vitam posuerat, deposcit; *Evangelium* normam agendi sanctam, seu in specie voluntatem divinam, ut loquatur quisq. *veritatem in corde suo*, et non agat *dolum in lingua sua* nec jurando *decipiat* Ps. XIV. 3. 6. praeterea benedictionem aut maledictionem div. innuat; *cerei accensi* eis verborum candorem, reverentiam Numini divino, cui sol et luna, sideraq. deserviunt, debitam denotent, ac flammam charitatis erga Deum et Xtum veracissimum et quasi lucem aeterne beatitudinis, flammamq. gehennae praesignent; *digiti 3 in altum elevati*, fidem in Deum trinum Altissimum in memoriam revocent; *manus supra pectus sinistrum posita*, signum sit ipsis, quod nullus dolus, sed veritas e corde gratia divina ditato erumpat oportet. Haec et similia cum unctione prae oculis sponsorum ponantur, qui insuper de impedimentis, quibus irretiti esse possent, edoceantur; nec non de invaliditate matrimonii, quod mera evaderet fornicatio, si cum aliquo impedimento contraheretur; de benedictione aut maledictione divina, quae his verbis exprimitur: *Qui non accipit in vanum animam suam*, *nec*

juravit in dolo proximo suo. Hic accipiet benedictionem a Domino... Ps. XXIII. 5. 4. *Accedam ad vos in judicio, et ero testis velox maleficis, et adulteris et perjuris.* Mal. III. 5.

Supplices pro obtinenda dispensatione libelli quales.

„In libello supplici, quo dispensatio petitur, impedimentum cum omnibus adjunctis, a quibus ejusdem qualitas dependet, clare exponendum est; insuper rationum momenta, quibus petitio fulcitur, necessariis allegationibus instruantur. Episcopus de factis, quibus ejus decisio vel relatio Sanctae Sedi proponenda innitatur oportet, investigationes necessarias habebit.“ §. 86

Dispensatio pro foro conscientiae quando et quomodo petenda.

„Quodsi impedimentum occultum, nec ipsius propagatio prudenter timenda sit, ad conscientiae consulendum dispensatio suppresso conjugum nomine etiam per confessarium seu aliam idoneam personam peti ac impetrari potest. Hujusmodi tamen dispensatio in foro externo nullatenus suffragatur: quocirca quando impedimentum præter exspectationem publicum fieret, ne matrimonium coram judice humano in discrimen adducatur, dispensationem pro foro externo valiturum servatis servandis petere oportet.“ §. 87.

B. A Potestate politica seu civili.

Civitas quoq. si intercedant impedimenta ab eadem sancita, quae nunc *Prohibitiones* nuncupantur, a sponsis, quotiescunq. necessitas dispensationis emergit, interpellanda est. Supplices ergo libelli ad eadem C. R. Subsellia dirigendi sunt a sponsis juxta praxin Legislaturae civilis ante A. 1857. vigentem. Appendix I. Pat. per exceptionem enumerat plures casus, in quibus jam I. ad Ipsam Sacratissimam Majestatem Apostolicam juxta §. 37. Ap. I. in 3. impedimentis, nimirum *impubertatis* §. 4. *condemnationis ad mortem vel durum carcerem*, §. 12. et *adulterii judicialiter probati*, §. 13. Ap. I. jam II. ad C. R. Provinciale Regimen, aut C. R. Officium Circulare, Districtuale, Communale, in *impedimento bannorum* §§. 38. 39. 40. Ap. I. P. jam III. ad Exc. Regimen Provinciale aut Circulare, in *impedimento viduitatis ante 6. m.* §. 76. et casu defectus testimonii Baptismi §. 21. Ap. I. P.

Paragraphi hic citati horsum spectantes ita sonant: Ad I. §. 37. „Udzielenie przepuszczenia zakazów (Nachsichtsertheilung) zawartych w §§ 4. 12. 13. Monarsze zastrzeżonem zostaje. Mogą też małżeństwu, z przestąpieniem §. 13. zawartemu, odmówione ustawą cywilne skutki prawne tylko przez łaskę Monarchy następnie w całosci lub cześci być przyznane.“

Ad II. §. 38. „Osoby chcące wejść w śluby małżeńskie, a wykazujące się, iż władza kościelna upuściła im zapowiedzi drugie i trzecie, może władza obwodowa, a w miejscach, gdzie nie ma władzy tej, także urząd powiatowy, uwolnić od drugiego i trzeciego ogłoszenia w niniejszej ustawie przepisanego.“

§. 39. „Dla ważnych nader powodów może Rząd krajowy, w przypadkach szczególnie nagłych także władza obwodowa, a gdy stwierdzone blizkie niebezpieczeństwo śmierci nie dozwala zwłoki, nawet urząd powiatowy, lub władza komunalna, miejsce tegoż zastępująca, uwolnić zupełnie od zapowiedzi, o ile takowe niniejszą ustawą są wymagane. Wszelako oblubieńcy przysięgą stwierdzić muszą przed proboszczem, a wedle możności oraz w obecności urzędnika politycznego, iż im nie jest wiadomą żadna przeszkoda, ich małżeństwu w drodze stać mogąca.“

§. 40. „Uwolnienie od wszystkich trzech zapowiedzi udzielonym być winno za złożeniem przysięgi wzmiankowanej wtenczas także, jeżeli dwie osoby chcą ślub brać, o których powszechne istnieje mniemanie, iż są już z sobą połączone związkiem małżeńskim.“

Ad III. §. 76. „Kiedy małżeństwo za nieważne jest uznanem, lub też przez śmierć męża rozwiązanem, żona, jeźli jest w ciąży, nie może zawierać nowego małżeństwa przed *połogiem swym*, a jeżeli zachodzi wątpliwość co do ciąży, przed upływem *szóstego miesiąca*, Atoliż, jeżeli wedle okoliczności, lub według świadectwa w sztuce biegłych nie ma prawdopodobieństwa względem istnienia ciąży, można od zakazu tego (po 3. miesiącach) odstąpienie uzyskać, a to w razie nieuważnienia u Rządu Krajowego; w miejscach zaś, gdzie nie ma Rządu Krajowego, u Władzy Obwodowej; w przypadku jednak, gdy przez śmierć męża małżeństwo rozwiązanem zostało, tylko u Rządu Krajowego, i to tylko z powodów wielce naglących.“

§. 21. „Dla ważnych powodów, i przy należytych ostrożnościach przepuszczonem być może (kann nachgesehen werden) przedłożenie metryki Chrztu, przez Rząd Krajowy, lub Władzę Obwodową (Kreisbehörde) zgodnie z Władzą duchowną.“

Monitum. Quoniam omnis dispensatio sit exceptio a lege salubri, eidem vulnus infligat: obligatio pro Ven. Clero enascitur, sponsos, quibus aliquod impedimentum obstat, de legis sanctione instruendi, matrimonium praeconceptum disuadendi.. ac tunc nonnisi consilium ad petendam dispensationem suggerendi, quando *motiva* praesto essent *gravia*; nec non spes affulgeret certa facilis dispensationis gratiae. Quotiescunq. a variis Subselliis ad Ven. Fratres pertigerint sponsorum petita pro motivorum in eis exhibitorum ponderatione, seposito omni personarum ac munerum respectu, dictamina tenerae sequentur conscientiae, ne *obreptitie* (adductione fictorum) ne *subreptitie* (celatione motivorum haud faventium) dispensatio acquiratur, quae ceu *invalida*, matrimonii quoq. vinculum redderet *invalidum*, nec non cooperatores horum conscios, *criminis falsi* reos atq. eo ipso censuris Canonicis pro hocce crimine statutis obnoxios efficeret. *Const. Bened. XIV. „Ad apostolicae“ de 25. Feb. 1742.*

Matrimonii convalidatio.

„Si copulatio forma debita peracta propter impedimentum matrimonio obstans invalida fuit, dispensatione obtenta matrimonii convalidatio institui debet.“ §. 88.

a) *Quomodo pro foro conscientiæ instituenda.* „Dispensatione pro foro conscientiæ tantum concessa ad matrimonium convalidandum sufficit, ut ambæ partes consensum absque parocho et testibus renovent.“ §. 89.

b) *Quomodo pro foro externo.* „Obtenta dispensatione, quæ pro foro externo valet, consensus invalide copulatorum coram parocho, in cujus parochia domicilium habent, et duobus testibus renovetur oportet. *) Parochus nunquam non convalidationem peractam libro copulatorum inserere debet, **) quando autem conjunctio invalida in alia parochia contracta fuerit, res hujus præterea loci parocho communicanda est, ut ipse convalidationem peractam inscriptioni, quæ de matrimonio invalido facta sit, diligenter adjungat.“ §. 90.

---

*) „Proclamationes tali casu haud repetantur; copulatio a parocho privatim (in Esia clausis januis) et coram fidis testibus peragatur. Exceptio fieri potest, quando impedimentum loco, quo convalidatio instituenda veniat, notorium sit.“ §. 91.

**) In casu hoc et illis sub §§. 92. et 93. et quidem in eodem loco, ubi copulatio inscripta est, his circiter verbis: Hoc matrimonium fuit convalidatum coram me.... Parocho loci et testibus.... die.... mens..... anno.... vigore Instrumenti de dto.... asservati in.... et signati.... Consulitur. ne documentorum tenor exprimatur ob impedimenti occultationem, ast documenta ipsa obsigillata inter Acta matrimonialia juxta annos selecta asserventur.

c) *Quomodo impedimento mutatione facti sublato.* „Impedimento absque dispensatione mutatione facti sublato,*) conjugibus injungendum est, ut consensus declarationem coram parocho et duobus testibus iterent, nisi forsan, quod nuptiarum celebratarum tempore impedimentum obtinuerit, et omnino occultum nec ullum rei probandæ sit periculum: tunc enim concedi potest, ut consensum inter se renovent.“ §. 92.

d) *Quomodo, quando impedimentum* vis metusq. *nec non* erroris *et* consensus ficti (udanego zezwolenia przy ślubie.) „Matrimonium, quod consensus fictus irritum reddit, consensu ab eo, qui ficte egerat, vere præstito convalidatum censeatur oportet. Idem obtinet de matrimonio, cui error aut vis metusque obstitit, quamprimum pars, quæ errori aut violentiæ injustæ suberat, recognito errore aut libertate plene recuperata verbo factove assensum suppleverit. Nihilominus ad omne de consensu præstito dubium sequestrandum his quoque in casibus consultum est, ut conjuges consensum coram parocho et duobus testibus renovent: igitur hoc ut fiat, agendum erit, nisi obversetur prudens scandalorum vel matrimonii in discrimen adducendi metus.“ §. 93.

Adnotatio ad hos §§. 89. 92. et 93. intuitu renovandi consensus sublatione aut dispensatione ab impedimento occulto subsecuta. Hac in re 3. casus cogitari possunt; aut ambae partes impedimentum noscunt, aut una tantum, aut neutra.

In priori casu consensum exprimant verbis: *Ego te accipio in uxorem... ego in maritum*, redditis in vernaculam;**) in 2o difficultas emergere potest, si ex parte impedimenti ignara periculum a matrimonio convalidando resiliendi pertimescendum foret, quamprimum notitiam desuper nacta foret, nam juxta Pœnitentiariae rescripta dispensationis pars impedimenti inscia de nullitate prioris copulationis informanda venit, „*ut dicta muliere de nullitate prioris consensus certiorata, matrimonium cum dicta muliere et uterq. inter se de novo secrete contrahere valeat*“... Pars igitur, quae dispensationem exoperata est, dijudicet, utrum pars de invaliditate prioris matrimonii certior facta, aut de crimine, super quo dispensatio impetrata est, facile ansam non arriperet, renovationem consensus denegandi, matrimoniumq. impugnandi. Quodsi nullum periculum obstare censeat, consensus prioris nullitas pandatur parti alteri, consensusq. ut supra reiteretur. Alias nimis caute; quare Pœnitentiaria pro ejusmodi casu clausulam adjicit: *sed ita caute, ut latoris delictum nunquam detegatur.* Ad occultandum igitur parti insciae impedimentum Canonistae varia suppeditant consilia, inter quos Liguori ac Benedictus XIV. suadent, quatenus alter ad alterum diceret: *Quando te duxi, consensum verum non praestiteram, modo eum praestiturus sum: num et tu eum exhibitura es?* Subsecuto responso favorabili, renovent, ut supra consensum. Alii autumant, sufficere ad renovandum consensum, quando pars impedimenti gnara, subsecuta dispensatione, non libidinis causa, sed *cum maritali affectu*, copulam sive concubitum foveat, intentionemq. habeat, consensum ad matrimonium hocce de novo ineundum renovandi, ubi altera, cujus consensus penes copulationem datus adhucdum perdurat, concubitum in eo affectu praestat. ***)

---

*) e. g. impedimento *ligaminis*, per mortem conjugis 3ii, aut illis, quae supra ad §. 78. in medium proferuntur. **) vel potius coram parocho, confessario ... juxta Rituale.

***) Leg. plura desuper &c. in §§. 281.—286. *Instruc. pract: Confess. Rsmi Zenner.* §. 130. Thom, Dolliner t. II. Handb. d. Oe. Eher. §. 65. Loberschiner Prakt. Anleit. u. u.

In casu 3o, quando uterq. conjugum ignorantia invaliditatis laborat, ac necessitas adest, reticendi ipsis hanc circumstantiam, aut parti solummodo uni, cui impedimentum est ignotum, et revelari nequit, ipsis insciis ad Sedem Apostolicam pro *sanando in radice matrimonio* recurrendum foret, extra casum urgentis periculi, nam in hoc posteriori Ordinarius provideret.

Talem dispensationem Pontifices elargiri solebant, et Sanctis. pronunc. Pappa Pius IX. eandem intuitu illorum impedimentorum, quae ante annum praesentem 1857. his in ditionibus haud respiciebantur, in sua Encyclica: „Dilecti Fili.“ de 17. Mart. 1856. ad Archieppos et Eppos Austr. data impertivit.... „ut usq. ad diem, quo hae litterae ad unumquemque pervenerint, in Dioecesibus suis, auctoritate Apostolica *confirmare* et *in radice sanare* possint matrimonia, ac perinde legitimam declarare prolem exinde susceptam vel suscipiendam, quae contracta fuere sine hujus apostolicae Sedis dispensatione; non obstante impedimento *cognationis spiritualis et civilis*, *affinitatis ex copula illicita*, *justitiae publicae honestatis ex matrimonio rato non consummato in tertio seu quarto gradu*, *nec non ex matrimonio invalide contracto et non consummato sive ex sponsalibus proveniente*, *itemq. impedimento consanguinitatis seu affinitatis in gradu 3o et 4o etiam tangente 2um* (etsi matrimonia obnoxia huic ultimo commemorato impedimento fuerint inita cum dispensatione non debito vero modo obtenta) dummodo tamen matrimonia ipsa juxta formam a concilio Tridentino praescriptam fuerint celebrata, nec iisdem matrimoniis aliud canonicum obstet dirimens impedimentum.“

Vigore hujus in Domino *confirmavimus*, et in *radice sanavimus* matrimonia cuncta in Diæcesi Nostra cum ejusmodi impedimentis inita.

Convalidationis effectus.

Convalidatione peracta matrimonium quoad effectus civiles ita considerandum venit, ac si ab initio valide contractum esset. Idem de effectibus ecclesiasticis obtinet, quando vel una tantum pars nuptiarum celebratarum tempore ignorantia facti aut juris detenta fuerit. Alias ad dispensationis remedium confugiendum erit.“ §. 94.

Nr. 275|56. Prez.

Wezwanie do odprawienia 1 Mszy ś. i N. K. 42|57. Polecenie duszy.

JX. Skowroński Wawrzeniec Pleban z Gosprzydowy, należący do Stowarzyszenia wzajemnych modłów o szczęśliwą godzinę śmierci, umarł d. 21. Grudnia 1856, w 52. roku życia a 27. kapłaństwa, za którego duszę zechcą kapłani stowarzyszenia Mszę Ś. według przyjętego na się zobowiązania odprawić; a wszyscy znowu duszę JX. Karola Wdówki, Pens. zmarłego 23. Grudnia r. z. w Podwilku polecić miłosierdziu Boskiemu.

Josephus Alojsius,
Episcopus Tarnoviensis

E Consistorio Episcopali,
Tarnoviae, die 15. Januar. 1857.
PAULUS PIKULSKI, Cancellarius.

Typis Anastasii Rusinowski, Tarnoviæ.